§ 8	**illum sequenti anno suis ecciam legatis adiunctis ammiciciam pactumque confirmandum imperatori remisit**.	**invenit, quae illum sequenti anno, suis etiam legatis adiunctis, amicitiam pactumque confirmandum imperatori remisit.**	Que illum sequenti anno, suis etiam legatis adiunctis, amicitiam pactumque confirmandum imperatori remisit.
§ 9	**Beatrix** comitissa sub **fide data causa** alienata cum eo in Alamanniam duci iubetur, propter[j] quam **causam filius eius**, **puer Bonifacius**, ad illum **venire verretur**; **sed non multis interpositis diebus idem puer moritur**.	**Beatrix** imperatori ad deditionem veniens **causa** mariti sui, quanquam **data fide**, tenetur **filius**que **eius puer Bonifacius** hac **causa venire veretur**. **Sed non multis interpositis diebus**, cum imperator ibidem moraretur, **idem puer moritur**.	Beatrix imperatori ad deditionem veniens causa mariti sui, quanquam data fide, captiva ducta tenetur, filiusque eius puer Bonifacius hac causa venire veretur. Sed non multis interpositis diebus, cum imperator ibidem moraretur, idem puer moritur.
§ 10	**Gebohardus**, **Radisponensis episcopus**[k], imperatori patruus, **et Welf**, **dux** Carinthie, **contra** eum nefaria **coniuratione** incepta **licentiam repatriandi**[l] **ab Italia** simulatis negotiis etsi inportune obtinuerunt et imperatori per vallem Tridenti eos[m] subsecuturo insidias preparare conspiraverunt. Sed **duce** subitanea **morte** perculso **suis**que complicibus divino nutu multis modis repressis sua	**Gebehardus Ratisponensis episcopus et Welffus dux licentiam repatriandi ab Italia** impetraverant, militesque eorum illis ut aiunt ignorantibus **contra** imperatorem **coniuraverunt**. Quo tempore Welffus **dux**, **suis** et omni populo admodum flebili **morte** praeventus, apud Altorfense coenobium sepultus est.	Gebehardus Ratisbonensis episcopus et Welf dux licentiam repatriandi ab imperatore impetraverant, militesque eorum eis ut aiunt ignorantibus contra imperatorem coniuraverunt. Eo tempore Welf dux, suis et omni populo flebili admodum morte preventus et voto sancte monachice vite Deo revera se initiando dedicatus, apud Altorfense cenobium sepultus est.

j) proptur *A*. k) episcopi *A*. l) repatrianda *A*. m) eas *A*.